custodiunt mandata
illius et patientiam
habuerunt usque ad inspec
tionem illius Ad tercia.
Justi in perpetuum
vivent: et apud
dominum est merces eorum:
et cogitatio eorum apud
altissimum Ad vs. An.
Virgam virtutis tue et
p oix do. Require in gl de
martiribus ad vs. Ad m
an. In circuitu tuo domine lu
men est quod numquam deficiet ubi
constituisti lucidissimas man
siones ibi requiescunt anime
sanctorum. De virginibus
Ad vs. Capitulum.
Virgo cogitat que
domini sunt. ut sit sancta et
corpore et spiritu in christo
ihesu domino nostro R.
Regnum mundi et omnem
ornatum seculi contempsi
propter amorem domini mei
ihesu christi Quem vidi quem
amavi in quo credidi in spe
tam V. Eructavit cor meum
verbum bonum dico ego opera
mea regi. Quem. Gla. Quem.
Virginis ymnus
proles opifexque
matris virgo quem gessit
peperitque virgo: virginis
festum canimus accipe
votum Hec tua virgo
duplici beata sorte dum
gessit fragilem domare
corporis sexum domuit
cruentum corpore seclum.
Unde nec mortem nec
amica mortis seva pe
narum genera pavescens
sanguine fuso meruit
sacratum scandere celum
Huius obtentu deus